

Thomas in sentencijs de confessione. Ad quod potest inferior potest superior. sed ipse sacerdos potest dare licentiam suo parochiano. quod alteri confiteatur. ergo multo fortius hoc superior eius potest. Potestatem quam sacerdos vel prelati habet in subditis. habet ab episcopo. sed ex illa potestate potest confessionem audire. ergo eadem ratione alius cui episcopus potestatem concederet. sed non potest aliquid privilegium indulgere alicui. in iudicium altius. Sed dicendum quod iudicium alicui non fit. nisi ei subtrahatur. quod est in favore iurisdictionis ipsius inductum. Omnis autem potestas. non est commissa alicui homini. in favore sui. sed in utilitate ecclesie ad honorem dei. Et ideo si superioribus prelati expedire videatur. ad salutem plebis. et honorem dei. promouendum. quod alijs ea que sunt iurisdictionis committantur. in nullo fit iudicium inferioribus prelati. nisi illis qui querunt que sua sunt. et non que ihesu christi. et que gregi eius presumunt. non ut eas pascant. sed ut ab eis pascantur. Alij non est confessio facienda. nisi qui habet potestatem ligandi et solvendi. Sed si forte proprius sacerdos esset minus idoneus. ad apponendum peccato salutarem remedium. vel si sit sollicitator. vel hereticus. ad malum vel ad peccatum. quod quis ei confiteretur sit peccatum. vel si revelator esse confessionis probabile estimatur. vel si peccatum contra ipsum commissum sit. de quo confiteri debet. In predictis et similibus casibus. in quibus probabile est. ^{periculum} periculum sibi vel sacerdoti ex confessione ei facta. debet recurrere ad superiorem. vel ab eo petere licentiam alteri confitendi. Ad si licentiam habere non possit. idem est iudicium quod de illo. qui non habet sacerdotis copiam. Unde magis debet eligere layco confiteri. Nec in hoc aliquis transgreditur preceptum ecclesie. quia preceptum iuris positum. non extenditur seculo intentione precipientis. que est finis

Nota casus in quibus ipso sacerdoti non est iudicium dandi.

precepti. hoc autem est caritas. secundum apostolum. Nec iterum aliqua iniuria fit sacerdoti. quia privilegium tenet amittere. qui concessa sibi ab uno potestate. Peccaret autem sacerdos. si non esset facilis ad prebendam licentiam confitendi alteri. quia multi sunt adeo infirmi. qui post sine confessione morerentur. quam tali sacerdoti confiterentur. Unde illi qui nimis sunt solliciti. ut conscientias subditorum per confessionem sciant. multas damnationis laqueum inveniunt. et per consequens sibi metipsis. Duobus modis rector ecclesie. debet vitium peccatoris sui agnoscere. Uno modo. per sollicitam exterioris confessionis considerationem. quia in vigilare debet. super gregem sibi commissum. et in hac confessione non oportet quod credat subito. sed certitudine facti in quantum potest inquirat. Alio modo. per confessionis manifestationem. et quantum ad hanc cognitionem non potest maiorem certitudinem accipere. quam ut subito credat. quia hoc est ad subveniendum conscientie ipsius. Dicendum etiam de monachis. qui iurisdictionem habent. utpote qui alicuius parochie cura commissa est. De quibus aliqui dicebant. quod hoc ipso quod monachi essent. non poterant absolvi. et penitentias iniungere. quod falsum est. Dicendum etiam. quod quilibet sacerdos potest impediri. ne confessionem alicui audiat. Uno modo. per defectum iurisdictionis. alio modo per defectum excommunicationis ordinis. sicut excommunicati et degradati. Sacerdos confessionem audiens. iuxta dominum gerit. et debet ei hoc modo fieri confessio. sicut fit deo in contritione. Unde sicut non esset contritio. nisi quis de omnibus confiteretur. ita nec confessio. nisi quis de omnibus que memorie occurrunt confiteatur. Sed quando aliquis recordatur eorum que prius oblitus fuerat. sufficit quod hoc peccatum penitens dicat explicitum et alia in generali dicendo quod cum alia multa confiteatur oblitus fuit. Sicut in medicina carnali

Nota quod duo modi sunt confessionis. unus est exterioris confessionis. et alius est interioris confessionis. et in exteriori confessione debet super gregem sibi commissum. et in interiori confessione non oportet quod credat subito. sed certitudine facti in quantum potest inquirat.

De monachis.

Nota qd qm
p modis
digne
sumatur
corpus
xpi.

diligenti disquisitione sue conscientie, quibus forte non sufficienti, ad corpus xpi deuote accedat, aliq peccato mortali remanente, quod ei cognitioni preterfugiat, no peccat, immo magis ex ui sacramenti, peccati remissionem consequitur. Unde Augustinus dicit in quodam sermone, quod quando corpus xpi manducatur, uiuificat mortuos. Quod quicumq; digne corpus xpi manducatur. Vbi duo requiruntur, scilicet ut sit in statu gratie, id est sine mortali peccato, p quam capiat xpo uniri, et quod in actu mens ei ferat ad diuina. Unde sacerdos monet ysaia, sursum cor ad deum habere. Tria ad huc requiruntur, quod homo digne ad sacra eucharistia accedat. Primo, mundicia conscientie, que non nisi p peccatum tollitur. Secundo, erectio mentis, ad deum, p actuali deuotione. Et hec p mentis hebetatione, uel occupatione, uel euagatione, interdum sine peccato amittitur. Tertio, etiam mundicia corporalis. Quicumq; subiacerit peccato carnis, magis peccat accedens ad hoc sacramentum, quam subiacens peccato spirituali, quia peccatum manducantem corpus xpi, in peccato carnis existenti, comparat peccato iude. Unde Hieronymus, Ad tibi cum feminis, qui ad altare cum deo fabularis. Sic sacerdos dicit derice, quibus est labijs filium dei oscularis, quibus osculatur es filiam meretricis. Ouidam osculo filium hominis tradis, ergo talis grauius peccat, sed peccatum iude fuit grauissimum.

Quidquid p consecratione datur est perpetuum, nec unquam amittitur, quicumq; aliquis in heresim labatur, uel schisma, uel excommunicatione, ita nec sacerdotalis ordo aliquo modo amitti potest. Ideo heretici schismatici et excommunicati consecrant, quibus ad sua pnuicant, dum modo seruetur debita forma, et materia et intentio. Vbi canonis ubi dicitur, Quicumq; ab unitate ecclesie fuerit alienus, excommunicatus potest, consecrare non ualeat. Sic intelligendum est quantum ad illos, qui debitam formam non seruant, uel quantum ad executionem quam amittunt. Non enim uis consecrandi habent, et hoc solum posse dicantur

in iure, quod uisite possumus, et quia ad damnationem potius quam ad sanctificationem ceditur recipiendum, et quia ipsi seipos polluunt, consecrando, et sumendo, et alios qui ab eis sacramenta sciunt accipiunt. Dicendum, quod degradatus quia ordinem non amittit, potestatem consecrandi tenet, sed uis consecrandi sibi aufertur, et ideo si consecrat peccat, tamen consecratum est. Dicendum quia episcopus non dedit ordinem, sed deus per ministerium eius, et deus potest aufere, et non episcopus, quia non est constitutus minister auferendi ordinem, sed conferendi, quia propter efficaciam consecrationis, debet ordo esse perpetuus. Si aliquis ex spiritualiter cognoscit, ex cotidiana suspitione eucharistie, feruor amoris augetur, et reuerentiam non minuit, talis debet cotidie communicare. Si autem sentiret, per cotidianam frequentationem reuerentiam minui, et feruorem non multum augetur, talis debet interdum abstinere, ut cum maiori reuerentia et deuotione postmodum accedat. Unde quantum ad hoc, unusquisque relinquendus est iudicio suo. Hoc est quod Augustinus dicit, Dicitur quidam non cotidie accipiendam esse eucharistiam, alius affirmat cotidie sumendam, faciat unusquisque, quod secundum fidem suam pie credit esse faciendum, et probat per exemplum Zachari et centurionis, quorum unus accepit dominum gaudens, alius dixit, non sum dignus ut intres sub tectum meum, et uterque misericordiam consecutus est. Nam in primitiua ecclesia, quando uigebat deuotio maior, ex propinquitate passionis xpi, et erat maior impugnatione ab infidelibus, quia hec mensa aduersus tribulantes ecclesie preparatur, cotidie communicandum fidelibus indicabatur. Postmodum indictum fuit, ut saltem ter in anno communicarent, propter sollempnitatem illorum dierum, sed postmodum artatum est, ut saltem semel in anno, scilicet in pascha communicent. In hoc etiam sacramento reuelatur passio xpi, secundum quod per quam reficimur. Et quia tali

Nota qua salubre
sit cotidie eucha-
ristiam sumere.

scilicet in pascha, penthe-
coste, et in natiuitate dni.

refectione pluries indigem. ideo pluries. hoc modo recolit dominica passio. homo non debet pluries in una die communicare. qui non sumit eucharistiam nisi ratione sua. Sed sacerdos est persona publica. et ideo oportet. quod non solum pro se. sed etiam pro alijs celebret. Et ideo necessitate cogente potest pluries in die celebrare. Cum eucharistiam sumit sit bonum ex genere. assumit eam est bonum pro se. abstinere est bonum pro accidens. in quantum salicet timet. ne inordinate sumat. Et quia quod est pro se. preiudicat ei quod est pro accidens. ideo simpliciter loquendo. melius est eucharistiam sumere. quam ab ea abstinere. Sed in casu aliquo. nihil prohibet esse melius abstinere. quando aliquis probabiliter presumit. ex suspitione reverentiam minui. Si autem hec duo comparem ad huc. inveniunt prevalere suspicio sacramenti abstinence a sacramento. tunc ratione effectus sacramenti. tunc ratione preparationis quantalacumque sit. tunc etiam ratione virtutis elicientis actum. quia sumere videtur esse caritatis. in quo videtur meriti consistit. abstinere autem timoris. amor tamen timori prevaleret. Dicendum etiam. quod in hoc est gloria et bonitas dei. quod se creaturis pro capto eorum communicat. Unde magis videtur ad dei gloriam pertinere. quod aliquis ad communionem accedat. quam quod abstinere. Tactus namque potest esse devotionis fervor. quod omnia peccata venialia delet. Nec est inconveniens. quod aliquis hora homo sit absque omni peccato veniali. quoniam hoc diu durare non potest. propter difficultatem vitandi venialia peccata. nec tamen oportet. quod semper omnia peccata venialia delet. sed secundum mensuram devotionis. Usus etiam sacramenti est per manducationem. que non debet nisi rei vivente. et ideo effectus huius sacramenti. presupponit vitam in sumente. Et quia peccatum mortale. vitam spirituales tollit. ideo hoc sacramentum non est ad abluenda peccata mortalia. in su-

mentibus. sed illos solum defectus. qui cum vita esse possunt. Sed potest in aliquo peccato mortale delere. qui ei conscientiam non habet. et talis si devote accedat. veniam consequitur. Ea que in hoc sacramento gerunt. habent similitudinem. que accidunt in corporali nutrimento. Quia enim fit quasi continua deperditio naturalis humiditatis. per actionem caloris naturalis. et exercitium laboris. ideo oportet frequenter corporale cibum sumere. ad restaurationem deperditam. ne deperditio continua mortem inducat. Similiter autem et ex concupiscentia innata. et occupatione circa exteriora. fit deperditio devotionis et fervoris. secundum que homo in deum colligitur. Unde oportet quod pluries per sacramentum deperdita restaurentur. ne homo totaliter alienetur a deo. Tactus enim hoc sacramentum scelera et crimina abluere. aut tollere dicitur. quantum ea impedit contra ipsam vult ministrando. et quia in cotidiana pugna sumus. vita spiritualis in nobis evanescent. nisi aliquando cibum vite sumerem. **E**cclēsia volens populum christianum. circa ipsam dominicam passionem. pro ut in capite nostro fuerit mente occupari. statuit. ut in die pasche non consecraret corpus christi. Ne tamen ecclesia omnino sine corpore christi esset. corpus christi precedenti die consecratum et conservatum sumit. sanguis autem non reservatur. propter effusionis periculum. Nec est verum. quod quidam dicunt. quod unum ex immolatione partis hostie in calice consecrat. quia transubstantiatio non fit. sine debita forma verborum. et sacerdos illo die corpus sine sanguine sumit. Unde post potum. non liceret ea die communicare. Cum sacerdoti data sit potestas nobilissima. reus erit negligentie. nisi illa utatur ad honorem dei. et salutem suam. et aliorum vivorum et mortuorum. et si habeat populum committit. vel ex obedientia teneatur celebrare. vel communicare. nisi forte aliquis ex familiari spiritus sancti instinctu dimittat. sicut

Quid dicitur
die pasche
consecratur
erit

legit de quodam sancto patre in uitis patrum. q̄
ordinatus nunquam postea celebravit. **O**mnium
qui in consuetudine huius uite. in aliqua communitate
congregantur. est duplex ordo. unum ad prela-
tum. alius singulorum ad inuicem. **V**nde uerum
ordo debet precepto diuine legis imitari. **O**r-
do autem prelati ad subditum. in hoc consistit. ut
omnes subditi ad bonum commune. quod prelati
intendit debet tendant. et quod prelati eos
ad hoc dirigat. **O**rdo autem singulorum ad inuicem
est. ut unusquisque alteri auxilium prebeat. ad
bonum suum commendandum. **V**nde ut prelati in-
cumbit ex precepto. ut subditorum curam gerant.
et subditi ut prelati obediant. ita et coequi-
libus ad inuicem. ut sibi inuicem auxilium ferant.
non solum in corporalibus. sed etiam in spiritalibus
magis. **E**t ideo cum maximum auxilium
hominum per correptionem in spiritalibus adhibeat.
preceptum diuine legis ad hoc se extendit. **N**ullus
est magis in potestate alteri quam monachus.
qui obedientiam promissit. sed tamen non tenetur
prelati in omnibus obedire. nisi in hijs tantum. que
ad religionem pertinent. **S**ed quoniam religiosus
non tenetur ad obediendum in omnibus. que ei
precepta possunt. tamen tenetur ad obediendum.
quoniam ad omne tempus de hijs. que sibi impa-
ri possunt. **I**deo nec religiosus aliquod uotum
emittit potest. sine consensu sui superioris. **V**i-
ditur a quibusdam. quia uotum sollempnitatis per sus-
ceptionem habitus religionis. sed quondam suscipi-
tur habitus religionis sine professione. **S**ed
tunc uotum sollempnitatis dicitur. quando aliquis
presencialis se dat deo. diuinis se seruicijs
mancipando. quod quidem fit per ordinis sacri
suscceptionem. et per professionem certe regule. de-
bitum modo factum. scilicet in manu eius que debet
recipere. et alijs circumstantijs seruatis. que de-
bent obseruari. **A**lias enim non esset uotum sollemp-
nitatis. quantumcumque quis profiteretur. quia ex
tali professione non fieret sub potestate eorum. qui

*De ordi-
ne pre-
lati ad
subditum
et coequi-*

*De obedi-
entia
mona-
chorum.*

*Quando
uel qui
uotum sol-
lempnitatis*

religioni presunt. **D**icendum etiam. quod habitus
religionis est duplex. quidam. qui non professis da-
ri solet. alius qui datur professis. quia uelle ali-
quid non est uotum. scilicet habitum religionis. et
ideo propositum non est uotum. sed enunciacio illius
propositi. scilicet professio per modum promissionis.
Potest tamen cogi homo. coactione quadam
impreratiua. ad exteriorem promissionem. non autem ad
promissionem interiorem. **E**tiam si in quibusdam reli-
gionibus idem habitus datur. tamen in professione
conferuntur habitus benedicti. et habitus sic be-
nedictus. quasi alius habitus computatur. **V**nde
in professione monachi dicitur. **E**xuat te deus
ueterem hominem cum actibus suis. et induat te
nouum. qui secundum deum creatus est. **P**rimus ergo
habitatus non sufficit ad sollempnitandum uotum. et-
iam prius emissum. sed secundi habitus suscep-
tio sollempnitatur. scilicet si seruentur debite cir-
cumstantie. sicut quod datur habitus ab eo qui da-
re possit. et coram fratribus multitudinis. **S**i enim
aliquis in domo sua tale habitum suscepisset.
non propter hoc presumere uotum sollempnitatis. **D**i-
cendum etiam. quod antequam iste regule essent. qui
modo sunt. erat quidam modus uiuendi. ab eccle-
sia approbatus. quo aliqui ad ea que superer-
gacionis sunt se obligabant. et tunc certi temporis
obligatio ad illum modum uiuendi idem facebat.
quod non obligatio ad certam reglam. **S**i aliquis
post tempus probationis in monasterio remanse-
rit. obligatur. nisi forte propter aliquam causam.
fuerit sibi terminus preteritus. uel consueuerit
alijs preteritari. sed ultra terminum preteritum stans.
ad tria uota religionis principalia in omni ca-
su tenetur. scilicet ad continentiam. et paupertatem.
et obedientiam. sed ad alias obseruancias. quare
transgressio. ex dissimulatione prelatorum inducitur. qui
dum uidentes non corrigunt. indulgent uident. non
uideantur obligari. precipue si sint simplices. qui
talia discernere sufficienter nesciunt. **B**ernhardus
de bene ordinatis monasterijs. **N**ullus meo con-

*De duplici habi-
tu religionis.*


*De professione
monachorum.*

filio. egredietur. desiderio arctius uice. sine li-
cencia superioris. **Bernhardus** loquitur consulendo.
quia quandoque ex animi leuitate. quidam ad
alium statum transeunt. sub specie arctius uice.
et ideo tucius est. quod fiat consilio et licentia
superioris prelati. precipue si non credat. quod
ipse impedimentum irrationabile prester. **Cum**
illis qui assumunt a statu religionis. in statum
prelacionis. non dispensat in principalibus uo-
tis religionis. quia illa que possidere uidentur.
non suo nomine. sed ecclesie possident. Unde
nihil preiudicat per hoc uoto paupertatis. simili-
ter nec uoto obedientie. quia obedientia res-
picit statum prelacionis. in alio cui obedire
tenet. Et ideo quod ille. qui sub prelato esse
desistit. non tenetur alicui obedire. non est ex hoc.
quod obligatio uoti deficiat ex parte uouentis.
sed quia subtrahitur prelato ex parte alteri.
cui obedire tenebatur. Unde monachus qui ab-
batem obedientiam promittit. si ipse fiat abbas.
non tenetur obedire alteri abbati. quia iam non
habet abbatem. **Bonum** commune multo est
melius. quam bonum priuatum. Propter quod ho-
mo etiam interdum. ab otio sancte contem-
placionis remouetur. que optima pars est. ut com-
muni utilitati proximorum uacet. Et ideo si com-
munis utilitas totius ecclesie. aut unius reg-
ni. aut prouincie exposceret. posset conuenienter
et in uoto continentie. et in uoto religionis
dispensari. quicquamque esset sollempnizatum. Non
enim per uotum. potest homo se obligare. ab eo
in quo tenetur. Unde talis posset imminere
necessitas. quod alicui iuste posset prohiberi.
ne continentiam aut religionem uoueret. Ea-
dem necessitate manente. potest etiam in uoto
iam facto dispensari. **Quidam** dicunt. quod
monachus non debet exire claustrum. ut corripi-
at delinquentes. quia uacant operi meliori. id
est contemplacioni. Sed hoc non uidetur uerum. quia
etiam aliquis a contemplacione abstrahitur. ut sa-

Quod non dispensat in
principalibus uotis reli-
gionis cum illis qui ab-
sumunt a statu reli-
gionis in statu placis.

De correptione prelatorum
ad subditos. et eorum.

lia proximorum subueniat. Et ideo dicendum. quod
si monacho oportunum corripendi aduenit.
ipse etiam corripere tenetur. sed non tenetur
quiete delinquentes. exiens claustrum. Quibus
sui statuta frangere. ne ipse in periculum incidat.
a quo alium liberare tenetur. Semper etiam uita-
dum est. ne ex correptione sequatur odium. ex
nostra culpa. scilicet ex indistincta correptione.
si autem ad odium prouocet. ex quo de-
beret ad dilectionem incitari. non est amandum.
precipue quando et peccatum in dampnum
aliorum uertitur. uel in dampnum sequens. uel
peccatum ipsius est grauius odio. quod in nos
excitatur. uel quando speramus. quod odium
repellet. et tamen correctio sequatur. quia
sicut dicitur **Grigorius**. melius est
odium propter deum. quam amicitia que est
propter ipsum. Cum enim propter ipsum ama-
mur. debitores ei sumus. cum odio propter
ipsum habemur. debitores eum nobis facimus.
Dicendum etiam. quod si prelati a subditis cor-
ripiantur. taliter geri debet. ut nullum auctori-
tati preiudicium generet. ne dum nimium
seruetur humilitas. uigendi frangatur aucto-
ritas. Ita correpcio ad prelatos taliter debet
fieri. ne aliquid reuerencie subtrahatur. Non
enim prelati coram multitudinem a subditis.
sed humiliter in priuato corripendi sunt. nisi
immineret periculum fidei. Tunc enim pre-
latus minor fieret. si in infidelitatem labe-
ret. et subditus fidelis maior. **Burgonius** igitur
dum salua fide res agit. uirtutis est
meritum. si quidquid prius est tolleratur.
debet tamen humiliter suggeri. si fortasse
ualeat quod displicet emendari. Quamuis
autem prelati taliter a subditis corripendi
sunt. non tamen est eis pena infligenda.
sed uicariendum ad superiorem. denunciando. uel
si non haberet superiorem recurrat ad deum. ut
eum emendet. uel de medio subtrahat. Unde



© The Tiffen Company, 2007

TIFFEN Gray Scale

A	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
	R	G	B	W	G	K	C	Y	M										

TIFFEN Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2007

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black

